

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Tychonis Brahe Dani opera omnia

Citation: Brahe, Tycho: "Tychonis Brahe Dani opera omnia", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. a. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho15tom-shoot-idm140167753887216/facsimile.pdf> (tilgået 25. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

**TYCHONIS BRAHE DANI
OPERA OMNIA**

AUSPICIIS SOCIETATIS LINGUÆ ET LITTERARUM DANICARUM
(DET DANSKE SPROG- OG LITTERATUR-SELSKAB)



Reprinted with permission of
DET DANSKE SPROG- OG LITTERATUR-SELSKAB, COPENHAGEN
by
SWETS & ZEITLINGER N.V. · AMSTERDAM
1972

TYCHONIS BRAHE DANI OPERA OMNIA

EDIDIT
I. L. E. DREYER
TOMUS XV



HAUNIÆ MCMXXIX
IN LIBRARIA GYLDENDALIANA

[Ex epitaphio templi Wäsby Scaniae et S. Bringii *Monumentis Scanensibus* (Lund, Goth. 1748)
p. 234 sq.]

MEMORIAE S.

5 **C**LAUDIUS hic parva tranquillus clauditur arca,
Cui vivo in toto non foret orbe quies.
Hunc natura femel terris monstravit et illic
Conceßit faltem lex supereße dies,
10 Ut tener et levior mortali iabe solutus
Ad superos nullo pondere tardus eat;
Tempora pro modicis ubi nunc æterna diebus
Pobidet et placida pace potitus ovat.
Obijt Anno Domini MDLXXVII Januarij die VIII,
Natus eiusdem die II.
15 Nalcentes morimur
et
Morientes renafcimur.
Claudio dilecto filiolo naturali ob feßinum hinc
in æternitatem difceßum fibi non vißo
20 TYCHO BRAHE
F. & P.

[E codice Hauniensi coll. Thott. 1044 in 4^o]

25 **ET GENERIS ET INGENIJ NOBILITATE JUVENI**
CLARO ERICO LANGE, DN. DE ERIGSTHOLM,
PRÆSIDI ARCIS BYGHOLMENSIS, AMICO
SUO INTEGERRIMO.
S. D.

30 **H**ANC tibi Tycho tuus transmittit Erice salutem,
Si qveat ulla falus eße, ubi regnat amor.
Omnis amans animo langvet, nec corpore firmo eßt;
Eßt res plena adeo debilitatis amor.
Nunquam fecum habitans, alieno in corpore vivit
Is, quem folliciti tangit amoris amor.
35 Invidet alternam reqviem placidumqve foporem,
Dum vigilat pernox irrequietus amor.
Mufarumqve choros, pulcher qvos ducit Apollo,
Et fuperum laudes non bene novit amor.
Nec feçreta capit Veßtalibus abdita facris,
Qvamvis igne magis ferveat omnis amor.

Lucidaqve

Lucidaqve altra poli, sublimia templa Deorum,
 Nec bene utroqve videt lumine captus amor.
 Sic nunquam reditura iterum juvenilia perdit
 Tempora, dum nimium tempora torquet amor.
 Sic frustrare solet properantis commoda vitæ,
 Dum vivo quid sit vivere nescit amor. 5
 Hæc et mille alias cum secum incommoda portet,
 Quamvis nulla queat cernere cæcus amor,
 Cur flagrante volens furtim te conficis igne?
 Cur tibi tam charus non sat amicus amor? 10
 Define perpetuo sentire Cupidinis arcus,
 Define, nec constans pectora lædat amor.
 Et si nosse velis, quis sit modus, unde licebit
 Evitare ictus, quos jaculatur amor,
 Accipe, sed caveas, ne nominis implicet error; 15
 Fac novus alterius sit medicamen amor.
 Sic te blanda Venus per tela Cupidinis urget,
 Palladis egregius substituat amor.
 Si nocturna quies nimium frustratur amore,
 Urania altriferæ sit tibi noctis amor. 20
 Sive Cupidino te nox quoque conficit igne,
 Sit tibi Vestarum lucidus ignis amor.
 Denique quicquid crit, leviter quod necit amorem,
 Et gravis et melior fac cito pellat amor.
 Sic amor alterius fiet medicamen amoris: 25
 Omnia qui vincit, se quoque vincat amor.
 Tu modo, si dubitas, notam te confer ad arcem
 Urania, invetus hic tibi crescit amor.
 Crescet, et alterius fervor decrescet Amoris;
 Hic in amore potes discere quid sit amor. 30
 Seu juvet Æthereas mundi specularier arces,
 Ætheris intrabit pectora mirus amor:
 Seu magis igniferas placeat scrutarier artes,
 Magnus in igne aderit, cum fiet ignis, amor.
 Musarumque choros dulces et Apollinis arces, 35
 Qvas Charites redamant, numne repellat amor?
 Singula quid referam? Veri penetralia amoris
 Quando subire datur, vanus abibit amor.
 Hæc tibi Tychonis, quo te multumque diuque
 Prosequitur, charus scribere iussit amor. 40
 Nec scripsisse satis fuerat, nisi præsa veniret
 Littera, suppressus quâ vetus iret amor.

Præsis

CARMINUM APPENDIX

5

Preßis ille tuo refidens in corde lituris
 Scilicet est preßis oblitterandus amor.
 Vt novus et melior, qui te revocetqve juvetqve,
 Impreßus menti restituatur amor.
 5 Imprimere Uraniaë Mußæ, Vulcanus, Apollo
 Quem poterint, vanus qvando peribit amor?
 Id fi noßter amor, fi typi et littera preßa
 Expedient, aderit mox tibi qvantis amor?
 10 Magnus is est, fateor, qvo nunc torqveris amore,
 Parvus erit, veniet cum tibi verus amor.
 Nec frustra hunc veteres parvum finxere Poëtæ,
 Cum neqve fit magnus fit neque fixus amor.
 Sydera nec vincit penetrat nec viscera terræ,
 15 Sed perit in minimis iste pußillus amor.
 Verior et major typis tua pectora noßtris
 Mußa omnes superos orat ut intret amor.
 Sin minus et folidum nunc aspernaris amorem,
 Forte olim dices: ficne fefellit amor?
 20 Sicne fefellit amor? bona sic mihi tempora ademit?
 Tunc etiam nolles, iste fuisset amor.
 Sed cave ne fero nimium, cum occasio calva
 Aufugiet, pectus ferior intret amor;
 Pœnitet hunc frustra, quem fero pœnitet, et cum
 25 Nulla falus restat, stat qvoqve nullus amor.
 Nunc igitur vigor ingenij et tibi firma juvenus
 Cum fiet, aßvetus fac valedicat amor.
 Infvetus subeat, validum qui corpore, mente,
 Artibus, ingenio te tibi reddat amor.
 30 Utqve valere qveas, qvod amoris liber et igne
 Efficies, dicit nunc vale firmus amor.

EPILOGUS.

Si non vis folidum, folidum seßteris amorem,
 In folido folidi surget amoris AMOR.

Datum Vraniburgi

Anno 1584, 9 Calend. Decembr.

T.

TYCHO BRAHE.

ANNOTATIONES

ANNOTATIONES EDITORIS.

CUM epitaphio Claudio filio Tychonis consecrato, quod in Tychonis carminibus edendis nos latuit, conferri potest alterum Kirstinæ: filiæ consecratum (tom. IX p. 174 sq.).

Carmen Erico Lange scriptum ante annos paucos in codice Hauniensi coll. Thott. 1044 in 4^o invenit C. Behrend, bibliothecarius Regiæ Bibliothecæ Hauniensis. Scriptus est hic codex a. 1640 sqq., inscribitur autem *Gemmulæ selectiores per Achillem Andream Toxotium* (i. e. Skytte). Inter varii generis annotationes et commentarios continet carmen, quod nunc primum editur. Sicut alia carmina Tychonis, quæ edidimus in tom. IX pp. 176—177 et 179—190, hoc quoque in ipsius typographia descriptum esse videtur, sed omnia exempla typis descripta perierunt. Designat ipse in carmine Jacobo Ulfeldio scripto (tom. IX p. 179,*) De Erico Lange, amico Tychonis, qui Sophiam sororem ejus postea in matrimonium duxit, conferatur carmen *Urania Titani* (tom. IX p. 193 sqq.) cum annotationibus nostris. Ceterum dubitari potest, hujusne amore jam a. 1584 captus fuerit.

ad p. 3,2] *GENERIS* scripsimus collatis locis tom. VIII p. 3,2, p. 8,2, p. 10,12, p. 77,28—30, tom. IX p. 179,1: *GENIJ* cod.

ad p. 3,3] *choros* correctum est in cod. (e *cohors?*).

ad p. 4,1] supra *velis* in cod. scriptum est *cupis*, et in margine addita sunt verba *noscere si cupias*.

ad p. 4,2] supra *conficit* in cod. scriptum est *conooqvil*.

ad p. 4,2] supra *hic* in cod. scriptum est *fic*.

ad p. 5,1] ut Behrend: et cod.

INDEX